Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

fatiut sciut / honorabiliorem rationem habentes quam artifitium obie
ctioni siue difficultati respondet et ipsorum soluentes hoc modo
declarat Quod consonantie in diffinitione vera est et ubi est conson
antia ibi vox gravis et acuta consistit. Nam si omnis graves
vel omnis acutas consisteret / nulla penitus Consonantia fieret. Sed
quod dictum est de octo gravibus / id figuraliter et grosso modo pro discentium
ponitur facilitate. Innata est enim nobis via ab universalibus ad singula
ria / et magis notis ad minus nota ut ait philosophus primo phisicorum.
Non facile comprehendi potest quod in quinque sonis a diapente consti. constitu
unt / sit mixtura acuti soni atque gravis et in his unus gravior / alter
sit minus gravis. unus acutior / alter sit minus acutus sonus
Ideo ut novellis Cantoribus notissima in musice disciplina agg
tiori semita tribuatur. vocum latinarum manus triplex huiusmo
di est facta partitio:

De specierum vocum gravium et acutarum ordine:

Difficultatis proposite solutionem linites ad ipsarum gravium
vocum et acutarum ordinem procedamus. Existentibus
Latine manus sedibus vigintiuna siue Locis / prima octo
sedium seu Locorum parte graves occupant lre / atque in eis locate
vocis. lre sunt octo. s. Γ. A. B. C. D. E. F. G. voces autem
xiiij sunt. s. ut. re. mi. faut. solre. lami. faut. solreut.
Graves has voces seu lras appellamus / eo quod ut prediximus